

supbirent hostes eorum: et diceret: Man? nra excelsa: et non dominus fecit haec omnia. Res absque consilio est et sine prudentia. vana sapienter et intelligeret ac nouissima prouiderent. Quod plequebat vni? mille: et duo fugaret decem milia: Rone ideo quod deus suus vedidit eos: et dominus concludit illos? Non est deus nisi vni? deorum: et inimici nostri sunt iudices. De vinea sodomorum vinea eorum: et de suburbanis gomorre. Vna eorum vna fellis: et botrus amarissimus. Fel diaconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile. Nonne haec prodita sunt apud me: et signata in thesauris meis? Mea est ultio et ego retribuam eis in tempore. ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditio nis et adesse festinat tempus. Iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur. Videbit quod infirmata sit manus: et clausit quod defecerunt: residuumque consumpti sunt. Et dicent: Vbi sunt deum eorum in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comederant adipem: et bibeant vinum libaminum Surgant et opulentur vobis: et in necessitate vos pregent. Videte quod ego sim solus: et non sit alius deus praeter me. Ego occidam et ego viuere faciam: percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celum manum meam: et dicam: Vni? ego in aeternum. Si acuerit ut fulgur gladium meum: et arripuerit iudicium manus mea. Reddam ultionem hostibus meis: et his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisorum: et de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius quod sanguinem seruorum suorum vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum: et propitius erit terre populi sui. Venit ergo moyses et locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi: ipse et ioseph filius hun. Compleuitque omnes sermones istos loquens ad vniuersum israel: et dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba mea quae ego testifico vobis hodie: ut mandetis ea filiis vestris custodire et facere: et implere vniuersum.

sa quae scripta sunt in volumine legis huius: quod non incassum precepta sunt vobis. sed ut singuli in eis viueret. quae facieter longo perueretis tempore in terra ad quam iordane transmissio ingredimini possidendam. Locutusque est dominus ad moysen in eadem die dicens. Ascende in montem istum abarim. id est transiitum in montem nebo. qui est in terra moab contra hiericho: et vide terram chanaan quam ego tradam filiis israel obtinendam. et morere in monte. Quae conscendes iungeris populo tuo sicut mortuus est aaron frater tuus in monte hor: et appositus populo tuo: quod peruariati estis contra me in medio filiorum israel ad aquas contradictionis in caedes deserti sin: et non sanctificasti me inter filios israel. Contra videbis terram: et non ingredieris in eam: quam ego dabo filiis israel.

Benedictio **(XXXIII)**
 qua benedixit moyses homo dei filiis israel ante mortem suam. Et ait Dominus de sina venit: et de seir ortus est nobis apparuit de monte pharan: et cum eo scorum milia. In dextra eius ignea lex dilexit populos. Deus factus in manu illius sunt et qui appropinquat pedibus eius: accipiet de doctrina illius. Legem precepit nobis moyses: hereditatem multitudinis iacob. Erit apud rectissimum rex: congregatis principibus populi cum tribu israel. Vniat ruben et non moriat: et sit paruus in numero. Haec est iudae benedictio. Audi domine vocem iudae: et ad populum suum introduce eum. Man? eius pugnabunt pro eo: et adiutor illius contra aduersarios eius erit. Cuius ait: Perfectio tua et doctrina tua a viro sancto tuo quem probasti in temptatione: et indicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo et matri suae. nescio vos: et fratribus suis ignoro illos et nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum et pactum tuum seruauerunt iudicia tua o iacob: et legem tuam o israel. Ponet thymiam in furore tuo: et holo causta super altare tuum. Benedictio domine fortitudini eius: et opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: et qui oderunt eum non confurgant. Et beniamin ait: